

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

Puente, Luis de la

Coloniae, 1611

Med. 19. De gula & virtute temperantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

MEDITATIO XIX.

D E VITIO GVLÆ,
& virtute temperantie.

P V N C T V M I.

S. Tho. 2.2.
q. 148.S. Greg. 30.
Mor. cap. 36.

V L A est inordinata quædam comedendi, & bibendi appetitio. In qua quinque modis peccare continget. P R I M U M , si prohibitis ab Ecclesia cibis vescens, Ieiunij leges, siue illud ab Ecclesia, siue à regulari disciplina, siue à proprio voto sit præscriptū, transgrediaris. D E I N D E , si cibi potusue nimium sumas, aut cum graui sanitatis corporis vel animæ periculo: aut si eo usque bibas, ut iudicij vsus aut turbetur, aut amittatur. T E R T I O , si cibo aut potu nimis exquisito, aut pretiosiori, quam tuus requirat status, & conditio, ob solam sensuum indulgentiā utaris. Q U A R T O , si comedas sèpius, quæm expediat, aut ita extra tempus, & occasionem, vt nocere tibi facile possit; aut in loco non conuenienti, aut contra prohibitionem, vel Religionis tuae Regulam. Q U I N T O , si nimio affectu, & ob solam voluptatem, comedas; aut modo indecenti, & ita festinanter, vt in eo, quod facis, totus immersus esse videaris.

C I R C A hos quinq; modos siue circumstan-
tias examinare, & accusare me debeo corā Deo
lapsusq; meos deslēs dicere: Vx mihi! qui quo-

ties

ties comedo aut bibo, semper pecco; sensuum potius voluptati seruiens, quam necessitati; & carnis mox appetitioni, quam vita conseruadet studens: ita ut corpori debitum soluens, reatu semper culpe apud Dæmonem contrahat. Misere, Domine, huius mei imbecillitatis gratiamque, tuâ ita succurre, ne prostratum me gula raptet.

Hoc sensu affectus firma concipiam proposita, vitium hoc pro viribus mortificandi, ac temperantiae regulis in quinq; prædictis excessibus utendi: In præcepto videlicet, quantitate, qualitate, tempore, & modo cibum sumendi. Ita ut in QUANTITATE vtrunq; sumiam extremum; ne tanta illa sit, quæ obruat; nec adeò modica, quæ non sufficiat, ut sustentet. In QUALITATE, ut communibus, & ordinariis cibis sim contentus; imò crassiores præ delicatis eligam: omnem fugiens singularitatem, nisi quam expressa necessitas exigat. In MODO danda est opera, ut iuxta Spiritus sancti consilium, a non sive nimius: nec patiar, ita me abripi ab appetitu; ut comedente corpore, spiritus à cibo ipso absorbeatur: sed imperio quodam cordis ingenuo, cibum etiam aliquem spiritui simul proponam, qui carnis concupiscentiam moderetur.

Ad hac præstanta multum conferent, quæ in subiectu punctis indicantur.

PUNCTVM II.

SECUNDO, considerandæ sunt pœnæ huic vitio constitutæ; quæ ad tres ordines, siue capita reducuntur. Quædam enim ab ipsa

S. Basili. de
vera Virg.
S. Bern. ser.
30. in Cant.
Or. ad Frat.
de Monte
Dei.

a Eccl. 31. 20

met Gula, tanquam ex mala arbore mali fructus, proueniunt; alias adiicit Deus etiam in hac vita: quod suam ab hoc vito auersionem ostendat; alias denique in futura vita infligendas referuat.

I.

PRIMVM ergo, GVLA sui ipsius est suppli-
cium, statim enim, & numerata (vt dicitur)

a Eccl. 31.25.

pecunia, voluptatis suæ culpam luit. a Vigila,
inquit Sapiens, & cholera; & tortura viro in-
frunio: dum corpus onerando, sanitatem la-

b Prou. 23.

dit, vitam abbreviat, & accelerat mortem: b
Cui va, ait Sapiens, cui rixa? cui sine causa vul-

29.

nera? nomine his qui commorantur in vino, & stu-

c Luc. 25.34

dene calicibus spot andis? & Christus. c Atten-

dite vobis, ne forte grauentur corda vestra in

crapula, & ebrietate, & superueniat in vos re-

pentina dies illa. Affigit item spiritum, hebe-

tat intellectum, eumq; ad orationem, & fami-

liaritatem cum Deo ineptum, atque spiritua-
lum consolationum incapacem reddit: eo

quod se ille carnis illecebris repleri permis-
erit. Adfert denique cordis ignauiam, & iner-

tiam ad res magnas obsequij diuini aggredien-
das, aut per siciencies. Quid enim debiliori huic

hosti se subiicit, animum despondere videtur,
ad fortiores aggrediendos.

II.

DVS præterea ingentes ob GVLA Mœ-

nas intulit. Quia enim d Adamus & Eua, con-

tra diuinum præceptum, pomum degustarunt,

Innocentia donum & statum amiserunt, & t

Paradiso sunt expulsi. Israelitæ, quod in deserto

Cassia lib. 5.

c. 13. & 20.

& coll. 5.

d Gen. 3.6.

e Psal. 77.31

carnes inordinatè appetierunt, eū adhuc esca

eorum

eorum essent in ore ipsorum, (ait Dauid) *ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum* f *Vocatusq; est locus ille: Sepulchra concupiscentiae: Et alias: g Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere: Idolū scil. siue vitulū confastile colere: diuinā iustitiā permittente, vt, qui ventrem suum pro Deo habuerant, vitulū adorarent, quam tamen ob causam: h Occisa sunt in die illa quasi triga millia hominum. &c, q; maiorem adfert admirationem: sanctus quidā Propheta, quod in loco, i vbi Deus illi prohibuerat, comedisset, occisus est à Leone. nec ea euadere potuit pñnam etiam si prius miracula parasseret, & obedientiam præstisset; ac necessitate comedendi, premeretur; & ab alio, e iusdem secum Instituti, deceptus esset.*

DENIQ; voraces in futura vita, peculiari linguae supplicio afficiuntur, sicut ille k dñes qui eruptabatur quotidie splendide, tanta in Inferno sitim premebat, vt clamaret ad Abraham, vt mitteret Lazarum, qui intingeret extrellum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam eius, quia cruciabatur Inferni flammis: nec tamen obtinuit. Quare quicunque illic erunt, canina fame, & siti rabida cum æterni fellis amaritudine torquebuntur, iuxta sententiam in Babylonem latam. l Quantū glorificauit se, & in deliciis fuit, tantū date illi tormentorum, & luctuum. Eia igitur, anima mea, quid hære: cur voracitates tuas non desles? cur ab eis non abstines? Attende, quod saturitas, & ebrietas temporanea, siti, & fame castigabitur æterna.

f Num. 11. 32

g Exod. 33. 6

i 3. Reg. 13.

24.

S. Basilius
ser. de abdi-
cat. rerum.

k Luc. 16. 24

l Apoc. 18.

O + Quidam

E
PONTE
II.

in Gen. 25.

33.

Heb. 12. 16.

De Temperantia & Ieiunio.

I.

II.
S. Ber. ad
Frat. de
Monte Dei.

Quod si ut alter *Esaū* pro vili *esca*, tua cæli Primogenita vendideris; forte non suppetet locus ea recuperandi. Considera, quot fuerint ob hoc vitium affecti supplicio; & cape in alieno capite experimentem, prius quam pœna incidat in tuum.

P V N C T V M. III.

TERTIO, ingentia illa bona & præmia consideranda sunt, quæ largietur mihi Deus, si, Gulâ mortificatâ temperantiâ, & ieiuniū amplectar; quæ ad tres etiâ ordines, suppliciis gulæ oppositos, possunt reuocari. Quædâ sunt ipsius TEMPERANTIAE propria, sicut bonæ arboris fructus boni: ALIA Deus & Domin⁹ noster addit, vt, q̄ sibi hæc virtus grata sit, ostēdat: ALIA deniq; præmita redentur in cœlo, quibus hæc virtus afficietur.

PRIMVM enim AB STINENTIA paratâ (vt dicitur) pecuniâ difficultatem, quam initio vincit, recompensat, alleuiat enim corpus, præseruat à morbis, conseruat sanitatem, vitam producit, recreat animam, aptamq; reddit ad orationem, & cælestes consolationes suscipiendas; subtrahit hosti arma, ipsi scilicet carni, quam subiicit spiritui: vt gloria autem diuini obsequij facinora aggredi.

EST præterea Deus adè liberalis, & ita nostri compassionē tangitur, vt sine aliqua nos voluptate viuere non patiatur. Quare corporis cibos sibi subtrahētes, cibis animæ recreat, & pro sensuum consolationibus, spiritus solatia ita tribuit, vt non voluptatem amisisse;

sed.

sed in meliorem, multoque præstantiorem, à carne scilicet ad spiritum à translatā, cōmutasse experiantur. His cœlestes communicat illustrationes, sicut a Danieli; præclaras tribuit contra hostes victorias, sicut tribus eis b. socijs contra Nabuchodonosorem; & ad altissimam extollit contemplationem, sicut Moysen, & Eliam, quibus etiam glorioſa & transfigurationis suæ mysterium, in prämium iejunij & mortificationis gulæ communicauit.

a Dan. 2. 28.

b c. 3. 30.

c &c.

c Matt. 17. 3.

DENIQUE eosdem speciali quadam saturitate afficiat in celo; eos mensæ suæ cū Christo adhibens: ut comedant, & bibant in Regno suo cibos, quibus vescitur ipse Deus. Quare anima mea, si ad magnam in terra sanctitatem peruenire, ingentiaque in celo prämia consequi desideras, à temperantia, & ieunio incipe: quo Deus vitia reprimit, mentem eleuat, virtutes largitur & prämia. O IESV dulcissime, Praef. Quæ siquidé omnes, qui tua castra sequuntur, d. car- drag. nem suam cum vitijs, & conuiscientijs crucifi- zerunt, concede mihi, meam vt ipse mortifi- cem, sicut tu mortificasti tuā. Per fidem illam, quam in cruce pertulisti; per fel & acetum, quæ ibidem tibi fuerunt oblata, supplico, adeò mihi perfectam dones temperantiam, vt nulli in cibo & potu sumendo voluptati; sed soli necessitati seruiam: ieuniumque adeò seuerum, quo iram tuam, sicut Ninivitæ, placare, pro meis peccatis satisfacere. Dæmones terre- re, & Angelos lètificare possim: particeps ef- fectus donorum tuorum in secula. Amen.

III.

Ecclesia in

Praef. Quæ

drag.

d Gal. 5. 24.

Tome 3. 7.